BEDA VENERABILIS
Salzburg, St. Peter, 1. Viertel 9. Jh.
Seite 33
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38278
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

naturae designari, Umbra quippe a lumine solis & corpore formari & cui obumbratur lumi-
ne quidem uel calore solis quantum sufficit reficitur sed ipse solis ardor referri ut queat inter
posito uel nubiculo leui uel quolibet alio corpore temperatur, Beata ergo quia qua
si purus homo omnem plenitudinem diuinitatis corporaliter capere nequibat uirtute ei altis
simi obumbrauit. Id est in corpore a lux diuinitatis corpus in eam suscepit humanitatis,
De quo pulchre proph&a — Ecce inquit dns ascendet super nubem leuem & ingredietur aegyp
tum. Quod est dicere, Ecce uerbum dei patri coaeternum lumen de lumine ante saecula natum
carnem in fine saeculorum atque animam nullo peccati pondere grauatam suscipiet & deutero
uirginali tamquam sponsus de thalamo suo procedet in mundum,

Ideoque quod nascetur sanctum uocabitur filius dei.

Ad distinctionem nostre scilicet natus ihs singulariter sese nasciturus asseritur. Nos quippe
& si sci efficimur non tamen nasci mur quia ipsa natura nostra corruptibilis conditione con
stringimur ut merito cum pph&a gementes singuli dicamus. Ecce enim in iniquitati
b: conceptus sum & in delictis peperit me mater mea. Ille autem solus uere et per se est. qui
ut ipsam conditionem naturae corruptibilis uincere & ex commixtione carnalis copulae
conceptus non est sanctum inquit uocabitur filius dei. Quid hic dicis nestoriane qui beatam mariam
dei genitricem negas esse. genetricem aptam interis impugnare ueritatem. Ecce dnm dicit supuenturum
dei filium nasciturum, quomodo ergo aut dei filius dns non est aut quae dnm edidit quo
modo theotocos id est dei genitrix non esse potest.

Ecce elisabeth cognata tua ipsa concepit filium in senectute sua et hic mensis
est sextus illi qui uocatur sterilis quia non erit impossibile apud dnm omne uerbum.

Ne uirgo separare posse diffidat. Accepit exemplum sterilis anus partum ut discat
omnia deo possibilia. & iam quae natura ordine uidentur esse contraria, Si quem uero
mou& quomodo beatae mariae cognatam dicat elisabeth cum haec de domo dauid illa de filia
b: aaron originem duxerit. Animaduertat pauos earum liberis in uicem nuptarum tra
utrique tribui potuisse coniungere. Cui si haec exposita fortasse non sufficerit contentiosius
insistentibus quasi hoc contra inter dictum legis fieri nequiuerit legat exodum ubi scriptum est.
Accepit autem aaron uxorem elisabeth filiam aminadab sororem naason quae peperit ei
nadab & abiud & eleazar & ithamar. Uideatque ante edictum legis super napurisione sacer
dotalem legali iunctam iam fuisse progeniem. Ut uidelicet dns ihs xps qui secundum carnem
uerus rex & sacerdos erat futurus ipsam quoque carnem de utraque dauid scilicet & aaron
stirpe susciperet. Unde & in ac utraque tribu chrisma plenum mistum cum celebratur
xpm nimirum nominis partem & generationis punctum. & ipse dauid domum dei ingrediens
panem sanctum & gladium quasi rex & sacerdos accepit. illum uidelicet de suo semine uenturum
prefigurans qui & per nostre libertatem regis iure pugnare & per nostram absolutionem pane suae carnis offerre.